

Mayorazgo Nº 22.  
30

Mayorazgo de la familia y casa  
de Venegas en la provincia de  
mierra Montañas de Burgos  
esta en Latin

DGCL

Sig. G-E

new position of the government  
had nothing to do with it as  
I should be instrumental in  
reaching all that



CB 1181433 T 145212 R 109383



# MAYORAZGOS DE LA Familia, y Casa de Venero en la Provincia de Trasmie- ra, Montañas de Burgos.

*Parada a un modo de libro  
que se ha de leer  
y que se ha de  
guardar  
en el  
casa  
de Venero*

**i** E successionis ordine, quem, redit is interdictis, Supremus Se natus tacite declarat, l.s. C. quor. honor. hesitandum non video: quia utriusque primogenij institutio exploratissima est. Cumque quilibet litigatorum suæ substitutionis casum adamusim probaverit, l. qui haredi 44. §. Plautius, D. de condit. & demonstrat. Peregrin. de fideicommiss. art. 43. num. 35. 36. & 60. Dom. Molin. lib. 3. cap. 13. sub num. 10. tuſar. de substitut. quæſt. 614. & 615. & illum discretum, ita ut alter ab altero non dependeat, l. cum ex filio 39. §. II. l. ex facto 43. §. Item quaro, D. de vulgar. l. aquifimum 2. §. Si primus, D. de honor. poffet. secundum tabulas, Dom. Larrea decif. Granat. 54. n. 17. nihil est, quod in hoc articulo ad quæſtionem vocetur.

**2** Præcipua difficultas versatur circa pertinientiam ædificiorum Matritensium, quæ in Vico Sancti Iacobi prope Cœnobium Sanctæ Claræ sita esse perhibentur: hæc enim est summa totius litis indago, quæ, vti ad probationem dominij relata, la ciniola, & difficilis existimatur, vt notant DD. in l. cum res 12. C. de probat. Maschard. eo tract. concl. 536. si quid tamen in hac re ( non nemini ardua ) mei obscuri iudicij est, probabilius censeo, illas domos

per-

pertinere ad primogenitum, institutum ab Archiprætule Montis Regalis D. Hieronymo de Venero & Leiva, & consequenter ad D. Ioannem Antonium de Venero & Leiva, clarissimæ Familiae Principem, ut illius legitimum successorem.

3 Vacat in hac hypothesi illa vulgaris propositio, qua docemur: assertente in dominium, non solum proprium, verum & sui Authoris titulum ostendere, constringi, Bart. in l. cum res, num. 5. & 11. C. de probat. Maschard. concl. 536. num. 2. quia Authrix utriusque Fundatoris fuit D. Maria de Ondegardo, eorum mater; in cuius bonis, cum moreretur, ea ædificia fuisse, nemo inficiatur: ergo solum restat probandum, cui ex illis, ut legitimi hæredibus, in iudicio familiæ erciscundæ præfatae domus obtigerint, silente quæstione dominij penes matrem existentis.

4 Hoc ratiocinio adactus, dicebam, in præsentiarum nullam aptiorem probationem præstari posse, quam præfatum iudicium familiæ erciscundæ, seu instrumentum divisionis honorum hæreditariorum D. Mariæ de Ondegardo: quia licet regulariter non probet dominium adversus testium, aliunde causam habentem, ut docuit Alex. consil. 86. num. 4. lib. 6. Maschard. concl. 541. n. 5. Surd. consil. 505. lib. 4. Cyriac. 4. controv. 570. num. 27. inter hæredestamen omnibus numeris ille absolvit, docet, & astruit, resolvunt Barbat. consil. 14. col. 6. lib. 3. Socin. Senior. consil. 46. in princip. lib. 3. Maschard. concl. 778. num. 22. Cum Nata, Riminaldo, Decio, Menochio, Mazzario, Peregrino, Pratis, Cesare Barzio, Galijs, Fussar. de substitut. quæst. 618. num. 11. & 17.

5 Sed cum præfata divisio, quæ legitur apud acta fol. 5. rem hanc non aperiat; necesse est confunge-

geret ad coniecturas, quas in obscuris assertioni dominij suspectias ferre non dubitatur, l. indicia 17. C. de rei vindicat. *Maschard.* concl. 539, *Cyriac.* tom. 3. controv. 537. num. 9. & quidem pro Maioratu gentilitio, quem instituit Archiepiscopus, plura releguntur in actis, quae ædificiorum pertinentiam astruere videntur.

6. Primum manat à declaratione integerrimi Præfusilis, qui in suo ultimo elogio clausula 2. dum institutionem Maioratus ordiretur, palam, & sineulla hesitatione afferit, domos prædictas ad se ex matris successione pertinere. Certū est enim, huiusmodi assertiones sufficienter probare, bona fideicommissio subiecta in patrimonio testatoris fuisse, *Bald.* consil. 89. num. 3. lib. 1. *Natt.* consil. 235. num. 11. *G* consil. 400. n. 5. *Peregrin.* de fideicom. art. 44. n. 20. *G* consil. 48. n. 5. lib. 1. *Fussar.* de substit. q. 618. n. 30.

7. Fateor, hanc communem doctrinam sub audiendam esse respectu hæredum, cum quibus si congregiantur fideicommissarij pro restituzione fideicommissi, & quæstio dominij emergat circa res restituendas, tunc stabitur assertioni testatoris, cum ipse hæres, vel alius quicumque, qui ab eo causam habuerit, eam laudare teneatur, l. cum à matre 14. C. de rei vindicat. nisi manifestissimi erroris illam postulaverint, & convicerint, ut indicat *Glos.* fin. in l. rationes 6. C. deprobat. & observat *Gutierrez* de iurament. confirmat. p. 2. cap. 6. num. 4. atque hoc sensu video loqui *Bald.* proximæ conclusionis assertorem, in dict. consil. 89. num. 3. lib. 1. & cæteros *DD.* à *Fussario* laudatos, in dict. quest. 618. num. 50. Etenim in civile esset, testationem fideicomitten-  
tis, quantumvis digni, alijs, qui ab eo suam causam non derivant, vel tantillum nocere, l. instrumenta 5. l. rationes 6. l. exemplo 7. Autb. quod obtinet, C. de pro-  
bat,

*bat. l. 121. tit. 18. p. 3. optimè Farinac. de testibus, q. 63.  
num. 171.*

8 Vrget obiectionem assertio D. Didaci de Venero & Leiva, alterius primogenij institutor, qui in clausa prima sui vltimi elogij, easdem domos, designatis confinibus, ad se pertinere testatur, & eas fideicommisso subiicit: ergo vel hæc assertio, vel illa, quam dignissimus emissit Antistes, aut utraque est falsa, cum penes duos eiusdem rei dominium plenum, seu insolidum stare non possit, *l. si ut certo  
5. §. Si duobus vehiculum, cum vulgatis, D. commodat*: opusigitur est coniecturis, ut vel vni, vel alteri defetramus, sicuti in testium depositionibus proditum est, *in cap. in nostra 32. de probat.* & sanè validiores sunt, quæ professioni Archipræsulis favent.

9 Secunda oritur à præstantia status & Dignitatis Archiepiscopal, qua cum nulla fasta metuntur, ut graphicè describit Barbo *lib. 1. de Iur. Ecclesiast. cap. 8. ex num. 52.* constat autem digniorum assertionibus semper fore indulgendum, *l. ob carmen 21. §. Si testes 3. D. de testib. præsertim si Sacerdotio, & quod plus est, Episcopatu nobilitentur, cuni & hi propter purioris, & integrioris vitæ fastigium haud mentiri præsumantur, Iasson. in Auth. ingressi, col. 1. C. de Sacro sanct. Eccles. Menoch. consil. 221. num. 3. § de arbitrar. casu 98. num. 5. Farinac. de testibus, quest. 65. num. 115. Rota apud eundem decis. 147. num. 6. p. 1. recent. Augustin. Barbo. in dict. cap. in nostra 32. n. 2. 3. § 4. de probat.*

10 Tertia coniectura sumitur à circunstantia temporis: nam eam testationem emisit Archiepiscopus, morti proximus; qua vel hora nemo christicolarum, præsertim morati, & Sacerdotio magno prædicti, quosque illati vulneris, aut odij formes non pungit; ut æternæ saluti consulant, fingere, franda-  
re,

3

re, vel scurriliter agere nesciunt, l. Sancimus fin. C. ad leg. Iuliam repetundar. cap. Sancimus 1. quast. 7. Atque ita huiusmodi migrantium assertionibus, saltem in civilibus, integrum adhibendam esse fidem, etiam in præiudicium tertij, tenuit Domauder. in sua prax. civil. cap. 173. num. 11. quem refert Maschard. de probat. concl. 359. num. 4. Dionys. Gothofred. in dict. l. fin. C. ad leg. repetundar. litt. H. ibi: Praesumitur nemo moriens immemor salutis vita aeterna. Vide Alciat. 1. præsumpt. 39. num. 3. Vnde colligunt, morientis confessiones, scripturas, responsa evidentius probare, quam aliorum, cum in extremis constituti, non præsumantur immemores cœlestis vita, quod videlicet iudicio Divino proximos se videant.

11 Appositi Hipolit. & Carsil. in rubric. de fidei inscrib. ex num. 39. vbi num. 43 haec intexit: Attamen forte idem posset dici quoad præiudicium tertij, cum talis in extremo vita sua confitens, præsumatur dicere veritatem, nec præsumatur indebet, & contra veritatem velle obesse tertio, quilibet enim præsumitur memor salutis aeternæ, l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. cap. Sancimus 1. quast. 7. & maximè ille, qui laborat in extremis, contra quem non potest cadere aliqua præsumptio, quod mentiatur; quia si unquam habetur veritas ab homine, habetur quando est recessurus ab hoc sacculo. Concinit Cravett. consil. 6. num. 51. ibi: Et licet Baldus dicat, quod non omnis moriens est Sanctus Ioannes Baptista, tamen à communiter accidentibus videmus, quod infirmantes magis querunt salutem a. imo, quam bene valentes, ideo infirmitas corporalis plerumque augmentat fortitudinem cordis, Glos. in cap. fundamenta, in verb. Firmitatem, de elect. lib. 6. alios laudat Augustin. Barbos. lib. 1. vot. 1. ex num. 91.

12 Dixi in civilibus, quia in criminalibus assertio vulnerati, fragilis adeo est, ut nec indicium præ-

ret ad torturam, ut habet verior sententia Interpretum, in l. si quis in gravi. §. Si quis moriens, D. ad Sislanian. quam latissimus omnium, versat ad nauicam, Prosper Farinac. p. 2. criminal. quæst. 46. ex n. 7. Faria ad Dom. Covarrub. 3. variar. cap. 13. n. 6 7. nec me latet, etiam in civilibus frequentiori calculo receptum esse, testantium profensiones, licet in discrimine vitae sint constituti, gradum semiplenæ probationis quoad alios, qui ab eis causam non habent, non excedere, ut docuit Bald. in l. 1. C. de furt. Maschard. concl. 359. n. 2. § 3.

13 Sed non propterea hæc coniectura, quam modo expendimus, vires suas perdit; esto opinioni supra libatæ, quæ est valde probabilis, indultum non velimus: quia alijs adminiculis iuvatur, quæ abs dubio illam sum opere urgentem reddunt, ut ex referendis apparebit: quo casu gradum plenæ, & iustæ probationis nullus ei negat, cap. fin. de successionibus ab intestat. Barbos lib. 1. vot. 1. num. 95. & in criminalibus ad quæstionem usque, & ultra, omnes sufficiemtē prædicant, latè Farinac. p. 2. q. 46. n. 35. Cyriac. controv. 80. n. 20.

14 Hoc ipsum, quod assertionem integerissimi Archipræsulis (id est proximitas mortis) dignificat, dare non est in ea, quam emisit D. Didacus de Venero: quia testamentum in arce, cui præfectus erat, Matrium solutorus, in bona valetudine fecit; & licet dubitari non possit, eum tunc temporis de morte cogitasse, §. 1. inst. de donat. incertum tamen est, an in illa meditatus fuerit; quippe vis sanus, miles strenuus, Martialibus horroribus assuefactus, qui vel cum ipsa morte configeret, non ita facile in contemplationem raperetur, ut in suo, quod ordiebatur, elogio Anachoretam ageret, ut merito ei dictum Baldi, quod non omnis moriens sit Sanctus Ioannes

*nus Baptista, non ille pide aptetur.*

15. *Quarta coniectura insurgit ab attestationibus D. Caroli de Venero, Canonici Toletani, utriusque Fundatoris ab utroque latere fratribus; qui post undecimum annum a divisione bonorum maternorum facta, coram Notario publico afferit, & dilucide testatur, praefatas domos ad Archiepiscopum, ex iudicio familiæ erciscundæ ei obtingentes, pertinere: & mille ducatorum summam, quam in Cappella & sepulchris familiaribus construendis insumperat, ut matri hoc desideranti morem gereret, & deinceps ibidem toti familiæ parentaretur, eidem Archiepiscopo, cuius erat oneri illud opus perficere, acceptam fert, & donat, ac quidquid iuris superdictis dominibus ei competenter propter expensum Cappellæ & sepulchrorum, munifice cedit.*

16. *Idem D. Carolus de Venero, primo gradu ab Archiepiscopo ad successionem primogenij invitatos, libellis iteratis coram iudice Ordinario Matritensi anno 1629. illius institutionem superdictis dominibus, & censibus Regalibus, apud Concham, & Hispalim consignatis, retulit, obitum Archiepiscopi probavit, ad se delatam successionem ostendit, & ad formam publicam, Hispanis assuetam, foundationem redigi impetravit. Hæc acta iudicium possessorum praesupererent, nam eo collimant, ut D. Carolus in tenutam bonorum Maioratus, iam cedentis, autoritate iudicis immiteretur: ergo eo possessionem quietam & pacificam nanceto, ut factum fuisse prohibetur, nihil est, quod queratur de pertinentia ædificiorum, Barbas. consil. 14. col. 3. & 4. lib. 3. Peregrin. de fideicom. art. 44. n. 20.*

17. *Aptissimè Fussar. de substit. quæst. 6. 18. sub num. 29. Idem esset, quando fideicommissarius unus peti-*

tysset, & impetrasset litteras possessorias vigore fidei commissi, & obtinuissest, nam eveniente alio casu fidei commissi circa illa bona, ex illis litteris possessorijs probatum esset, bona fuisse in bonis testatoris. Et ita non semel practicavi, pricipue super fideicommisso Domini Hieronymi Gavardi, in causa vertente inter illustrissimos DD. Comites Martinengos de Barcho, & Illustrissimos Dominos coharedes D. Vincentij Portulacæ, nec quisquam fuit oppositum circa bonorum probationem, stantibus litteris possessorijs, alias impetratis per Dominum Vincentium Portulacam.

18 Insuper actus primus donationis suaptè natura dominium ædificiorum erga Archiepiscopum ostendit: quia remissionem continet hypothecæ, quam forte D. Carolus de Venero ex mutuis præstationibus, in iudicio familiæ erciscundæ factis, sortitus fuerat: hæc autem in debitore supponit dominium, l. 45. D. de reguli. iur. l. altena 20. D. de pignoratic. aff. ergo, &c.

19 Præterea vterque actus remissionis, & possessionis exploratam dominij assertionem præse fert. Primo virtute geminationis, & iterationis, que omnem suspicionem eliminat, & veritatis apicem demonstrat, l. Ballista 32. ubi Bart. opposit. l. D. ad Trebell. Curt. Sen. consil. 50. num. 25. Ruin. consil. 98. num. 13. lib. 2. Mc enoch. lib. 4. præsumpt. 81. num. 24. optimè Maschard. de probat. concl. 1270. num. 50. Secundò ratione scientiæ, nam D. Carolus, uti cohæres D. Didaci, & Archiepiscopi, sortitioni hæreditatis maternæ adfuit, & quam partem quisque tulerit, comperto sciebat: ergo illi summopere uti in facto proprio deponenti, credendum est, Dom. Valentuel. consil. 173. num. 103. Barbos. in cap. in omni negotio 4. num 26. de testibus. Tertiò, quia res hæc erat domestica & familiaris, in qua probanda testes do-

met

5

mestici præstant extraneis; cap. super eo 22. ubi communiter DD. de testibus. Quartò propter æqualem affectionem erga utrumque fratrem, l. non solum 67. S. i. D. de ritu nupt. Farinac. de testib. q. 54. n. 205. Dom. Valençuel. consil. 28. num. 29. Barbos. in dict. cap. super eo 22. num. 15. de testibus. Quintò ratione dignitatis personæ, cum & ipse D. Carolus Sacerdos, & Canonicus Toletanus, virque maiorum infularum creditor fuerit, quibus concurrentibus vnico testi fidendum esse iura permitunt, cap. nobilissimus, distinct. 97. cap. 1. 8. quest. 3. ibi: Vnde quia de morati viri testimonio dubitare omnino non possumus, Gabriel. de testib. concl. 1. num. 43. Dom. Valençuel. consil. 58. n. 23. cum alijs relatis à Farinac. q. 6. 3. n. 5.

20 Ex non ita vrgentibus argumentis pro hac assertione suffragium mitit, Cardinal. de Luca de fideicommiss. discurs. 183. num. 5. hæc scribens: De ipsa siquidem nominatione (quod planè est difficilius) de facto, eiusque probatione dubitandum non videbatur: licet enim de ea unius tantum testis deponeret, attamen cum esset persona satis qualificata, omnique exceptione maior, atque concludentes assignaret scientia causas, etiam de facto proprio, hinc proinde, stantibus alijs administriculis, id sufficiebat ad perfectam, & concludentem probationem, qua etiam ex teste singulari, præsertim qualificato, administriculis concurrentibus, resultat, ex deductis per Menoch. &c.

21 Hanc indulgentiam credendi vnico testi, valde digno, continendam fore existimo intra limites arbitrij, quod nunquam non est regulatum, l. 1. D. delegat. 2. l. fideicomissa 11. S. Quamquam, D. delegat. 3. l. 3. D. ex quib. caus. maior. vt si aliæ vrsint præsumptiones, quibus index animum suum instruat, & testis vnici assertionem illis congruere perspexerit, quæ fuit doctrina Baldi in consil. 3. & consil.

consil. 136. lib. 3. quem sequntur plures per Decian.  
consil. 92. num. 8. lib. 1. Farinac. de testibus, q. 63. n. 35.  
Barbos. in cap. in omni negotio 4. n. 10. de testib. nam si  
hanc adminiculorum sociationem demas, quan-  
tumvis dignus, & excelsus sit testis (excepto Princi-  
pe Supremo) integrum non constituet probatio-  
nem, l. iuris iurandi 9. C. de testibus, cap. in omni nego-  
tio 4. cap. licet ex quadam 47. eod. tit. plenè per Fari-  
nac. dict. q. 63. n. 3. § 4.

22 Vnde in præsentiarum fidenter dicere  
possimus, repetitam D. Caroli testationem, tem-  
poribus non suspectis emissam, dilucide probare  
pertinentiam ædificiorum; quia præter dignitatem  
personæ, & alias coniecturas recensitas, concurrit  
assertio integerrimi Archipræsulis; qui, prout erat  
vir pietate, litteris, & omni virtutum ornamento  
conspicuus, è proximo districto iudici suæ villica-  
tionis rationem redditurus, voce libera in suo testa-  
mento idem professus fuit. Quis enim hanc non  
censeat perfectissimam probationem? Cum & ip-  
sam solam Magni Antistitis professionem ad illum  
apicem eferat imperator Theodos. relates in cap. om-  
nes 36. caus. II. quest. 1. Genuens. in pract. Ecclesiastic.  
quest. 678. Barbos. in dict. cap. in omni negotio, num. 29.  
de testib. licet contrarium moribus receptum afse-  
rat, Farinac. cum Abbat. Iasson. Monticell. & alijs, q.  
63. num. 15. quorum opinio, apud nostrates anonyma,  
stimationem iudicis non afficit.

23 Tum. Assertiones D. Caroli, licet vniciter tes-  
tis, ad finem interpretationis relatæ, plenam fidem  
faciunt, l. 1. S. fin. ubi Gothofred. litt. S. D. de verb. obli-  
gat. Farinac. dict. quest. 63. num. 4 s. certum autem est,  
divisionem bonorum hæreditariorum D. Mariae  
de Ondegardo obscuritatem pati propter omis-  
sam consignationem legitimarum: ergo D. Caro-  
lus,

lus, qui ei adstitit, declarando, quænam illæ fuerint,  
& minus in hac re scriptum, quam nunc upatum  
fuisse, credendus est. Quin & ipsa assertio, in instru-  
mento donationis explicita, hoc solo, quod nullam  
ambitionem redoleat, immo D. Caroli commodo  
opponatur, integrum fidem meretur, ut docet *subti-*  
*lissimus Faber in suo Cod. tit. de testib. definit.* 35. § 42.  
cui subscriptit *Augustin. Barbos. in dict. cap. in omni ne-*  
*gotio, num. 27. de testibus.*

24 Tandem monuerim, in probacionem do-  
minij, quod asserimus, non minimum symbolum  
conferre sententiam absolutoriam de anno 1626 fol.  
1. dictam in favorem D. Ludovici Velazquez de  
Velasco, Comitis de Escalante, ultimi possessoris,  
matre, tanquam eius tutrice, causam defendantis. Ip-  
sa namque a creditore census pro decursis pensioni-  
bus conventa, questionem dominij erga prædictas  
domos, in causam pignoris captas (ut patet crede-  
re) retulit, & facile abolitionem obtinuit; ergo quia  
probavit, illud non extitisse penes D. Didacum de  
Venero, quando domos hypothecæ subiecit, *ad text.*  
*in l. si superatus 3. D. de pignoribus.*

25 Et licet sententia, prout in actis legitur, cau-  
sam abolitionis non exprimat, potueritque non  
solemnibus executionis inniti, l. prolatam 4. C. de  
sentent. § interlocut. omn. iudic. præsumendum ta-  
men est, illam ad merita actionis exercitæ referri,  
questionemque dominij, iuri hypothecæ præaudi-  
cialem, seu verius coevam, definire, *Cardinal. Thusc.*  
*tom. 7. litt. S. concl. 126. num. 28. in hæc verba:* *Amplia,*  
*quia debet interpretari, ut potius diffiniat negotium*  
*quoad merita, quam quoad ordinem iudicij.* *Quod pre-*  
*fertim locum sibi vendicat apud nostros; cum l. pa-*  
*tria 10. tit. 17. lib. 4. Recopilat. solo veritatis intuitu,*  
*& spretis iudiciorum ritibus, fore iudicandum statuat.*

Con-

Coniçere ergo est, matrem Comitis, plenius de domino ædificiorum tunc temporis instructam, facile docuisse, illud ad Archipræsulem Montis Regalis, & Maioratum ab eo institutum spectare; quo vel effugio imminente in earum subhæstationem arceret.

26 Nec refert, ea arte haud liberare potuisse Comitem à præstatione census, ex capite possessoris iurium Regalium: quia cum domus magno prætio haberentur, essetque utriusque primogenij nobilior supellex, satis filio consultum arbitrabatur, si ilias ab eo onere redimeret, foci stimans, cætera perditorum: *Ad instar negotiatoris, querentis bonas margaritas, qui inventa una præiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam.* Ut habetur in Parabola apud Div. Matthæum cap. 13.

27 Non turbant hanc probationis censuram coniecturæ ex adverso perpenſæ. Non prima, quæ elicitur ex non descriptione ædificiorum in synopſi, quam Archipræſul dignissimus seorum bonorum patrimonialiom fecit in limine inaugurationis. Quia hæc omissione nihil probationi dominij, vel adjiccit, vel detrahit, l. fin. C. arbitrium tutela. Multis enim de causis potuit Archiepiscopus moveri, ut silentio illam descriptionem præteriret. Prima, ne opulentum peculium invidiæ exponeret, arg. l. 2. §. Tractari, D. ad Tertullian. Gutierrez de tutel. p. 2. cap. 1. num. 46. Secunda, quia res stabilis, ex materna successione comparata, hanc descriptionis cautelam non exposceret, cap. 1. de testament. Tertia, quia tunc temporis, authografo suo Maioratum, quem postea è vita discessurus perfecit, ordiri ceperat in favorem D. Didaci de Venero, & animo federat, præfatas domos, illico in potestatem successoris transituras, eidem Maioratu subiçere: cum autem inter moras

Respondetur  
argumentis.

ex-

7

expediendæ fundationis D. Didacū è mediotoolle-  
retur, aptiori tempori ( sed supplendo inventario  
iam non oportuno ) rem hanc reservavit. Ut ex his  
colligere liceat, obiectionem aërem verberare.

28 Non obstat seconda coniectura, petita ab  
assertione D. Didaci de Venero. Quia illam irrit-  
ant, & omnino suspectam reddunt vitia, in supe-  
rioribus expensa; præsertim illud ineluctabile pro-  
prij interesse, & præiudicium tertij, quibus extanti-  
bus, neque Principi Supremo creditur, O/drad. consil.  
270. dub. 2. Aymon. de antiquitat. tempor. p. i. in princip.  
sub num. 18. & 19. Gabriel. de probat. concl. 2. num. 6. 5.  
late Farinac. de testib q. 6. 3. n. 171. 172. 173.

29 Neque per hoc existimatio viri, alias exi-  
mij, vel tantillum inuritur: quia similis censura  
Principes insectatur. Et parest, credere nobilissi-  
mum Heroem adeo sibi de successione fratribus blan-  
diri, vt illo adhuc vivente, sed dominum ædificiorum  
crederet, sicuti de suis hæredibus proditur, in l. ii. D.  
de liber. & posthum. & hic est communis sæcularium  
nævus, vt Clericorum consanguineorum se hære-  
des necessarios singant, quasi non alijs rei natos men-  
te concipient, nisi vt ipsos ditent, arcas extruant,  
imagines, vel adfixas elevent, vel colabas repon-  
nant. Quod vitium, sicut eorum insatiabili ambi-  
tioni adscribimus, ita illud à perditissimis nonnul-  
lorum Ecclesiasticorum moribus causamur, qui le-  
ge charitatis postposita ( quæ est plausibilior sen-  
tentia, Dom. Retes de donat. tot. cap. 12. ) peculum  
quasi castrense, ex re Ecclesiæ comparatum, in cas-  
trense, luxumque, gementibus pauperibus, vertunt.

30 Non obstat tertia coniectura, ad venditio-  
nem census pecuniarij relata: quia hæc petit princi-  
pium dominij domorum, hypothecæ subiectarum,  
quod inquirimus; vnde illud Adversarius alijs ar-

D. milisq idis 2. 8. gu-

guimenti astruere constringitur. Nam quod vulgo  
iactatur: per solutionem census, seu canonis, probari  
dominium, Felicis in cap. cum Bertoldus, num. 25. de re  
iudicat. quem & alios plures refert. *Maschard* de  
probat. concl. 545. num. 1. sub audiendum est respectu  
creditoris, aut domini directi rei in emphyteusim  
datæ, qui per iteratas canonum solutiones in quasi-  
possessione exigendi constituuntur, & inde præ-  
sumptio dominij in favorem eorum insurget, me-  
dia qua in ea quasi possessione foventur, donec ex  
adverso defectus proprietatis liquido doceatur, *l. fin.*  
*C. de rei vindicat.* non respectu censuarij, qui si mil-  
lies solvant, non propterea domini hypothecarum  
probantur, præsertim in præiudicium tertij. Et  
idem procedit in recognitionibus, quas alios, quam  
ipso contrahentes, non afficere, exploratum est, do-  
cer *Maschard*. in dict. concl. 545. *bs ms 2013 H num*

31. Quinimò in hac specie tota dominij pro-  
batio inititur dationi hypothecæ, cui D. Didacus de  
Venero domus subiecit; quasi non aliter eas obliga-  
turus fuisset, nisi illarum dominus esset: sed hoc ni-  
hil probat; ergo nec conjectura, ex eo argumento  
deducta. Minor propositio, in qua latet Achyles,  
apodictice astruitur ex iuris sententia, qua doce-  
mur, agentem ex quasi Serviana, seu hypothecaria  
actione, debere in primis ostendere, rem pignori  
datam fuisse in bonis debitoris, *l. si superatus 3. l.* &  
qua nondum sunt 15. *S. Quod dicitur, D. de pignoribus, l.*  
*ante omnia 23. D. de probat.* ergo ex sola illius datione  
non insurget præsumptio dominij respectu ipsius  
debitoris; cum si illa insurgeret, probationis onus in  
adversarium, hoc est reum Conventum actione  
hypothecaria, retunderetur, *l. ab ea 5. D. de probat.*  
*Bart. communiter sequutus, in l. in illa, in fine, D. de verb.*  
*obligat.* *Maschard*. in proœmio, de probat. q. 10. num. 57.  
38. & alibi paſsim,

32 Non etiam urget expensarum ratio (& hæc est quarta coniectura) quas in reficiendis, & renovandis domibus fecisse D. Didacum perhibetur: quia hoc totum opinioni dominij, qua ex ambita fratris Archiepiscopi successione tenebatur, ad scribendum est. Quibus si forte votis fraudaretur, officia gestoris commentus, expensi rationem posuit, ut à fratre, quandoque eam postulaturo, sumptus necessarios duceret. Quapropter acuratissimum se exhibuit in conducendis artificibus, & cautionibus in scriptis interponendis, ut ne quidem figendis lateribus memoriæ fideret, ut probata per eas operum necessitate, aut utilitate, per actionem negotiorum gestorum sibi consuleret, l. si quis negotia 25. D. de negot. gest. bonus text. in l. 3. C. eod. tit. fraterno affectu eam deductionem in nihilo remorante, l. Nefenius Apollinaris 34. D. de negot. gest. l. fin. D. de petit. heredit. l. penult. Et ultim. tit. 12. p. 5.

33 Minus obstat quinta coniectura deducta, ex solutionibus, & recognitionibus census, quæs vxor D. Didaci, & Comes de Escalante tecisse monstrantur: quia, ut supra notavimus, illæ non probant dominium, neque quasipossessionem exigendi adversus tertium pariunt. Quinimò actus huiusmodi successoribus non officiunt, in quorum fraudem & præiudicium possessores Majoratus, neque servitutem constituere possunt, l. peto 6 9. §. Prædiu, D. delegat. 2. cap. 1. §. 1. vers. Quid ergo, de investitura, de re aliena facta, in usib. feudor. neque emphyteosim concedere, l. fin. C. de rebus alien. non alienand. aut per alium quemcumque actum voluntarium nocere substitutis, Dom. & M olin. lib. 1. cap. 20. ex num. 2. Et cap. 21. num. 22. Et lib. 4. cap. 9. n. 10. & alibi passim.

34 Et quod attinet ad Comitem de Escalante,

nihil est, quod impingatur: quia cum virtutique pri-  
mogenium posederit, recusare non potuit census so-  
lutionem; quippe licet venditionem impugnare  
vellet ex capite non subsistentis hypothecæ in do-  
mibus (quod optimo consilio usla, initio tutelæ  
præstítit mater) non ideo minus censum agnoscere  
tenebatur ratione iurium Regalium, quæ D. Didac-  
cus eidem hypothecæ, tum & Majoratui, à se insti-  
tuto, subiecit, l. i. C. sine censu & reliquis, l. si debitor 12.  
C. de distract. pignor. l. distractis 14. l. debitorem 15. C.  
de pignorib. cap. ex litteris 5. eod. tit. non est ergo cur  
repetitas ab eo solutiones ad assertionem dominij  
referamus: cum & ipsa confusio vim probativam  
ab eis removeat, l. duo sunt Titij 30. D. de testament.  
tutel. & ut plurimum adversus Comitem deberent  
interpretari, optimè Fussar de substit. q. 6. 18. n. 49.

35 Denique non obstat sexta conjectura, elici-  
ta exprobatione, quæ census venditionem præcessit;  
in qua quatuor testes deponunt, domos præfatas in  
bonis D. Didaci de Venero fuisse, quia plura pati-  
tur præiudicia, quæ quotidie per manus circunfe-  
runtur. Primum, quod recepta fuerit non citato Ar-  
chiepiscopo, quæ est immedicabilis nullitas, cap. 2 de  
testib. Farinac. eod tract. quast. 72. in principio. Secun-  
dum, quod in iudicio summatissimo eam conflu-  
verint, Nogueroll. allegat. 2 s. n. 300. Tertium, quod  
ad alium finem commenta fuerit, l. si privatus 17. S.  
1. D. qui, & a quib. Maschard. de probat. concl. 34. n. 39.  
& 40. Trentacing. lib. 2. variar. resolut. 1. de probat n.  
32. Nogueroll. dict. allegat. 25. num. 302. quæ omnia  
dictam probationem irritam, & nugatoriam redi-  
dunt.

36 Mos iudiciorum (omnino aberruncan-  
dus) tulit, ut nihil, vel parum curæ adhibetur in  
huiusmodi probationibus, quæ solum verbis le-  
gum

gum servientes, præcedere solent decreta Prætoris,  
super alienationibus prohibitis interponenda, de  
quare refusse Dom. Salgado de Reg. protect. p. 2. cap. 14.  
ut plurimum enim testes, e domo producti, vel a  
chartopylacio Notariorum extracti, non tam attel-  
tantur, quam calamo conducto subscribunt. Iam ut  
probatio, quam volutamus, in chartam emporeti-  
cam eat.

37 Cum, & nimiam cautelam præfert, quæ  
fraudis suspicionem vehementem indigit, Glos.  
in l. si quis sub conditione 7. D. de condit. institut. No-  
gueroll allegat. 26. num. 129. Quis enim eam diligen-  
tiam erga hominem notæ existimationis captio-  
nam non solpicetur? Par ergo est coniectari, illam  
adhibitam fuisse, ut dominij usurpatio, quam arte  
Pelasga D. Didacus parabat, sensim irreperet, &  
temporis usura validaretur.

38 Sed & valde notandum est, totam dictæ  
probationis energiam eo referri, ut testes glo-  
dient, dominus fuisse in bonis D. Didaci de Venero,  
quod quidem latius patet, quam dominij probatio:  
nam ea clausula in rebus bona fide possesis, superfi-  
ciebus, & actionibus verificatur, l. bonorum 49. D. de  
verbis. significat. ast rem in nostro esse dominio,  
strictius lumitur, titulum proprium, & Authoris, a  
quo illam habuimus, exposcit, ut ex Maschard. conc.  
536. supra notavimus: qui ergo hæc non præstite-  
rit, intentione cadet, observat cultissimus Dionys.  
Gothofred in l. 5 quæ nondum sunt 15. l. Quod dicitur,  
litt. c. D. de pignorib. nam deponere de dominio,  
prout iuris est, & non de facto, hoc est de modis ad-  
quisitionis, munustestium exerit, extra orbitam re-  
putator, Cin. in l. cum res, n. 2. C. de probat. Maschard.  
concl. 548 n. 10. 6. 17.

39 Collatis igitur probationibus, ab utraque  
E par-

parte præstis, constat, quæ favet Archipræsu-  
li Montis Regalis, esse verosimiliorē, cum argu-  
menta, ex quibus conflatūr, sint valde apta, sinceri-  
tati & veritati magis consona, ab omni captione &  
artificio libera: estigitur ei deferendum, cap. quia  
verosimile 10. vbi plura Augustin. Barbos. de presumptis  
Farinac. de testibus, quast. 65. n. 141. Cyriac. 2. controv.  
219. num. 60.

40 Cum & in hac re, propter antiquitatem, &  
subtractionem instrumentorum in incursu spelij,  
quæ Archiepiscopus penes se reposita habebat, dif-  
fici, & per obscura, iudices à regulis communibus  
recedentes, acquiescere debeant probationibus  
irregularibus, l. consensu 8. S. Servis 6. C. de repud. &  
quæ ipsoſ inducant ad credendum, seu opinandum,  
rem, qua de agitur, esse veram, Socin. Sen. consil. 11.  
num. 6. lib. 3. & consil. 98. num. 8. lib. 2. Beccius consil. 52.  
num. 87. Abbas consil. 64. n. 28. Cyriac. tom. 2. controv.  
219. num. 82. Quia id pro probato habendum est, cu-  
ius contrarium, vel non credibile, vel in verosimile  
videtur, Paris. consil. 60. n. 29. lib. 4. Cephal. consil. 225.  
num. 13. Cyriac. dict. controv. 219. num. 84.

41 Colophonem subijcio, receptui cano:  
Quod & Causidicis Prætorianis caput esse solet.  
Poiselsio, quæ ex reddito interdicto à Supremo Se-  
nato, penes D. Ioannem Antonium de Venero est, id  
utilitatis habet, ut in Excellentissimum Comitem  
de Aguilar, eius adversarium,onus probandi asser-  
tum dominium retundat; quod nisi ad evidentiam  
usque præstiterit, intentione cadet, D. Ioannes autem  
solo iure possessoris vincet, l. uti frui 5. D. si usus  
fructus petetur, l. is qui destinavit 24. D. de rei vindic-  
cat. l. 2. D. uti possidetis, l. fin. C. de rei vindicat. l. cog. 11.  
C. de petit. heredit. l. sive possidetis 16. C. de probat.

42 Præsertim attenta sanctione l. 10. tis. 7. lib. 5.

10

Recopilat. quæ iudicium tenuitæ in possessorum  
plenarium transtulit, de cuius admixta proprietate  
Senatus saltim summariè cognoscit, l. 2. §. Quædam,  
**D.** de interdict. l. 3. §. Hoc autem, **D.** de itiner. act. que  
privat. l. 1. C. quor. bonor. l. 45. Taur. Dom. Molin. lib. 3.  
cap. 13. ex num. 9. docet assertionem *Mieres de mai-*  
*ratibus*, p. 3. in princip. num. 16. & quæst. 24. num. 75. cu-  
ius sententiam apud Regia Prætoria frequentiori  
calculo receptam videimus, contra **D.** *Christophorum*  
*de Paz*, de tenuta, cap. 69. num. 7. & ego ita censem.  
Salva, &c. Burgis die 20. Novembris anni 1689.

Lic. Segura.



**ADDITIO AD NVM. 27.**

ni 1 Totahuius obiectionis procella, quam Adversarij usque ad hyperbolim recrudescunt, petitur ab instrumento, falsitatis traducto: quod certè nullam hoc ipso fidem meretur, donec comprobatio-  
nis pharmacum ei adhibeatur; quod eum non pres-  
titerint, imbelli ipsos pugnasse, dicendum est, l. fin.  
C. ad leg. Cornel. de falsis, l. 115. tit. 18. p. 3. Nogueroll.  
allegat. 25. num. 253. Pareja de univers. instrument.  
edit. tit. 1. resolut. 3. §. 2. num. 33.

2 Præsertim, quia synopsis bonorum allodia-  
lium, ab Archiepiscopo ante investituram confec-  
ta, non attingit illum gradum antiquitatis ( videli-  
cet centesimum annum & ultra) qui comprobatio-  
nis necessitate remitere solet, Gregor. Lopez in-  
dict. l. 115. glos. non de veraler, Rota apud Farinac. p 2.  
posthum. decis. 390. num. 3. § 4. licet circa hanc ex-  
ceptionem, quæ abs dubio communis est, non levi-  
bus argumentis nutent, Nogueroll. dict. allegat. 25. ex  
num. 255. Pareja dict. tit. 1. resolut. 3. §. 2. num. 37.

**AD NVM. 30.**

3 Coniecturam, ex venditione census desumptam, non leviter sub hoc numero diluimus: sed adhuc libet, oculis peritissimorum ludicum subij-  
cere locum, D. Gabriel. de Pareja de univers. instru-  
ment. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 2. num. 79. qui valde conci-  
nus est: Sextò opponi solet, quod instrumentum non pro-  
bat intentionem producentis, qua oppositio verificatur.  
Primo in eo, qui ad probationem dominij, & ad obti-  
nendum in res vindicatione adversus tertium posse so-  
rem, instrumentum alienationis, conductionis, frue lo-  
cationis, aut concessionis in feudum, aut emphyteusim,  
producit; quod, licet authenticum, nequitiam alienan-  
tem,

tem, aut concedentem dominum fuisse, concludit, ut post  
A curs. verb. In vacuam, tradunt DD. in l. cum res, C.  
de probat. S in l. si sic legatum, s. i. D. delegat. i. in  
quam rem laudat Speculat. Socin. Alex. Ruin. Afflict.  
Maschard. Thusc. Farinac. Surd. Augustin. Barbos.  
Thomat. Gratian. & plures Rotæ decisiones.

4 Et num. 80. Cuius assertionis illa potissima  
ratio est, quoniam dominium non pendet ab assertione  
alienantis, sive concedentis, aut illius, qui cum ipso con-  
trahit; quia multoties res aliena transfertur per ins-  
trumentum venditionis, donationis, locationis, aut con-  
cessionis in emphyteusim, aut feudum, l. si urbana pra-  
dfa, D. de conduct. indebit l. rem alienam, D. de contrah.  
empt. Cavaler. decis. 339. n. 4.

5 Prosequitur num. 83. Ex quibus liquido ap-  
paret, oppositionem, à nobis superius traditam, in hac  
specie legitimam esse adversus simile instrumentum, li-  
cet authenticum; & per ipsum nullatenus probari posse,  
dominium illius esse, qui rem alienavit, aut concessit.  
Quia de causa ille, qui rei vindicatione agit adversus  
tertium possessorem, adstrictus est probare omnino, alie-  
nantem, sive concedentem, tempore alienationis, aut  
concessionis dominum fuisse illius rei, super qua est con-  
troversia, ut optimè tradit Jacob. Menoch. lib. 6. præ-  
sumpt. 63. num. 7. &c. & numm. sequentibus eandem  
assertionem extendit contra Menoch. Maschard.  
& alios, ad casum antiquitatis instrumentorum, &  
quando congregatur cum possessore, causam tra-  
hente ab ipso, qui rei vindicatione experitur.

#### AD NVM. 38.

6 Exhibeo dōctissimum Jacob. Menoch. lib. 6.  
præsumpt. 63. num. 3. vbi postquam num. 2. statuerat:  
ex possessione non præsumi dominium, hæc anec-  
tit: Extenditur primò, ut procedat hic casus, etiam si es-  
tes

tes dicerent, hunc possessorem possediſſe rem illam pro sua, & tanquam suam, & propriam. Ita Abbas in dict. cap. cum ad ſedem, num. 20. de reſtitut. ſpoliat. poſt Innoſent. in cap. illud, de praefcript. Bart. in l. 1. in fine, D. pro ſuo, Alex. in addit. ad Bart. in dict. l. quidam in ſuo, num. 4. in verbo Probari. Idem Alex. in confil. 134. col. 2. lib. 2. Ripa in l. rem, qua nobis, num. 51. de acquir. poſſeff.

7 Et num. 4. Extenditur ſecundō, vt procedat, etiam ſi probetur, quod poſſeffor publicē tenebatur, & reputabatur dominus. Ita Abbas in dict. cap. cum ad ſedem, num. 20. de reſtitut. ſpoliat. Bellamer. in confil. 739. Socin. Sen. in confil. 112. col. vlt. lib. 4. Ripa in dict. l. rem, qua nobis, num. 51. vers. Immo etiam, D. de acquir. poſſeff.

8 Demum, ne in æquivoco procedatur, obſervandum duxi, eas aſſertiones: Domum præſumi meam, ex quo nunc in ea habito. Per locationes, & poſſessionem præſumi dominium. Quas plerique Interpretes in hac materia circumferūt, Menoch. dict. lib. 6. præſumpt. 63. ex num. 12. Maſchard. concl. 540. & 541. eſſe accipiendas de ſola probatione præſumptiva; tantumque procedere in iudicijs poſſessorijs, & ſummarijſ, ac illis, in quibus de dominio incidentur diſceptatur: non in plenario rei vindicationis (quale eſt, quod in præſentiarum vertitur) in quo quæſtio dominij principaliter diſſeritur, & anguſtior tituli proprij, & authoris deſideratur, vt oſtentidunt iura decretoria, in l. ad probationem 23. C. locati, cap. inter dilectos 6. de fide instrument. Menoch. dict. lib. 6. præſumpt. 63. num. 2. & ex mente omnium DD. obſervat Auguſtin. Barbos in eius collect. num. 24.

9 Vbi poſt iactam eam conclusionem: Dominiū non probatur per instrumentum locationis, venditionis, aut donationis, hæc ſubijcit verba: Hoc ta-

men procedit in rei vindicatione; non autem quando agitur de dominio ad alium effectum; tunc enim leviores probationes sufficient, *Afflict. decis. 23. num. 4.* & *5.* Rota decis. 12. num. 10. p. 2. recent. Intelligitur etiam, si agatur contra tertium, secus si agatur contra illum, qui ipsum emptorem, vel donatarium recognovit in dominum, & concurrant adminicula, Rota decis. 400. p. 1. recent. quod ultimum, non sine ratione, negat Pareja dict. tit. 1. resolut. 3. S. 2. sub num. 84. Iam ut ex libatis fundamentis D. Antonius de Venero & Leiva posset non infidenter Innocentianum sperare responsum, in dict. cap inter dilectos 6. de fide instrument. ubi in quaestione dominij, furenti Marte discussa, hanc decantat definitionem: *Cum autem super his fuisset diutius litigatum, quia legitimè probata non fuerant, quæ petebantur ad Monasterium pertinere, ab imputatione ipsius Procuratorem tuum nomine tuo, & Medionalensis Ecclesie, sententialiter duximus absolvendum: quoniam cum obscura sunt iura partium, consuevit contra eum, qui petit ore est, iudicari. Salva, &c.*

**Lic. Segura**



